

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

873. An permutantes ad sua redeuntes beneficia fructus interim perceptos  
& consumptos teneantur restituere, ubi alter Permutantium plus altero  
percepit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

**R**espondet cum Boëtio Ep. in Clem. unio. de rer. permuat. Chok. p. 3. c. 9. n. 4. negativè. Ratio nem dat hanc; quod, licet vel non impletâ per alterum permutatione beneficiali; vel alias evicto post impletionem permutationis beneficio, alter redire possit ad suum beneficium, ut dictum q. precepit. Si tamen hoc, quod in beneficiis permutationis est principale, semel fuerit ac maneat impletum (beneficiis nempe hinc inde resignatis, & collatis, & pacificè possessis, nec evictis) ob solas quasdam leges extrinsecas non impleras ad restituendum beneficium nequeat agi; sed ab hujusmodi leges implendas duxat, præsertim, si beneficium acceptum non restituatur nec offeratur; cum generiter in permutationibus verum sit, poenitentia locum non esse, quando ex una parte totum impletum est, & ex altera parte saltem aliquid est impletum circa partem permutationis intrinsecam, si penitentia talis alteri parti damnum efficit illatura. De ceterò, quid sit hac in parte regrefsus, ubi penitus jam constituta non solvitur, vide ex dictis fusè suprà.

**Quæstio 873.** An permutantes ad sua redeuntes beneficia, fructus interim perceptos & consumptos teneantur restituere, ubi alter permutantium plus altero percepit?

**R**espondet Chok. p. 3. c. 10. ex eodem Boëtio, decision. Burdigalens. decis. 98. p. 1. & Abb. in c. dilecto. de præb. Quod si possidentius astitit, & non restitit, non teneri illum ad restituendum: Si vero ei jus restitit, teneri illum, etiam si aliqui fuerit possessor bona fidei,

**Quæstio 874.** An permutatio expedita per ordinarium, per eundem ordinarium rescindi possit, instante uno ex permutantibus, prætextu lesionis, & inæqualitatis fructuum?

**I.** R espondeo negativè. Chok. de permuat. l. 3. c. 5. n. 1. Ventrigl. 10. 2. annot. 4. §. 2. num. 55. remittens ad seipsum to. 1. annot. ult. in c. cum dilecti, de empt. & vendit. ac dicens, in dubitate dicendum, quod hujusmodi permutatio ratione inæqualitatis, seu redditum, seu onerum, non vitiatur; & quamvis in eo dubitari posset de fraude aliqua, cum nemo presumatur jaquare suum, juxta c. super hoc. de renunc. nihilominus hæc præsumptione non sufficiat ad rescindendam permutationem. citatque pro hoc Decimum, conf. 210. n. 6. & seq. Ratios dat, quod, cum permutatio principaliter fiat pro utilitate & necessitate Ecclesia, id solum debet attendi, quod principaliter agitur, juxta l. si quis nec causam, ff. se cerrum petat. & non utilitas & commoditas permutantium. Ampliatur id ipsum,

ut permutatio jam facta rescindi non debest ob prædictam rationem, etiam si ultra dimidiam partem lahi intercesserit. Chok. loc. cit. citans Covar. l. var. resol. c. 5. n. 3. Ventrigl. loc. cit. nu. 56. citans Anchær. in Clem. unio. de rer. permuat. col. 2. Abb. in c. quæstum, cod. tit. n. 6. Decium, cit. conf. n. 8. Neque obstat inquit, quod in beneficiorum permutatione servanda sit æqualitas, juxta c. 1. & c. ad questionem de rer. permuat. eo quod id procedat in permutatione facienda, non facta, quæ rescindi nouebeat. Quodsi tamen decepta est Ecclesia & beneficium, permutatio rescindi debet. Ventrigl. loc. cit. n. 57. citans Cald. conf. 4. de rer. permuat. Cagnol. in l. 2. c. de rescind. vendit. n. 57.

2. Limitatur tamen etiam responsio, ut rescindi possit permutatio, ubi pars partem deceperit dolo, afferendo majorem valorem beneficij, juxta c. cùm universorum. de rer. permuat. Chok. loc. cit. n. 2. Limitatur quoque ulterius ab eodem ibid. nu. 3. & seq. ut non procedat in minore permutante. Idque non obstante, quod minor in beneficioribus pro maiore habeatur, id enim non impedit, quo minus restituvi debeat, ut appareat in Ecclesia, quæ, licet possit agere, & hoc respectu reputetur major, si tamen decipitur, restitui potest.

**Quæstio 875.** An, & qualiter permutatio utrumque completa sit publicanda?

**R**espondeo de hoc satis dictum suprà, ubi quænam resignationes publicandas, & quod dictum ibi de resignationibus aliis factis coram Ordinario, eas publicandas, idem dicendum de permutationibus coram Ordinario factis ob partem rationis, & quod circa modum servandum in aliis resignationibus dictum, id quoque huc applicandum.

**Quæstio 876.** An consumatur turnus ex collatione facta permutationis gratia?

**R**espondeo: Nisi aliud sit consuetum vel concordatum, non minus ex collatione facta ex causa permutationis consumbitur turnus & vicissitudo, quam per collationem ex qualibet alia vacazione. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 45. §. 3. nu. 5. citans Philip. Probum in c. cùm ex illis. nu. 62. deprob. in 6. Steph. Bertrand. conf. 264. & 323. vol. 1. & cum his Chok. p. 2. c. 31. Porro de turno, ac præcipue de ejus consumptione vide plura lectu digna apud eundem. Gonz. cit. §. 3.

\*\*\*\*\*

\* \*

SEC-